



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Replica Ioan. Eckii Adversvs Scripta secunda Buceri  
apostatæ super actis Ratisponæ**

**Eck, Johannes**

**Ingolstadii, 1543**

**VD16 E 416**

Ludderani non petunt antiquum statum ecclesiae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30106**

Luthera:  
ni non pe  
tunt anti  
quum sta  
tum eccle  
siae.  
Hier. 2

etiam Plautus in Captiuis antiquos mores vsurpat p̄ pro  
bis. Alij sint protestantes, qui ecclesiam in antiquū & puris  
orem statum (ita eis tribuit) ac apostolicum ordinem resti  
tuere cupiunt, iam supra 20. annos. Aduerte mi lector quā  
decoro verborum fastu cupiat tibi imponere: ait suam ses  
tam cupere antiquum & purum statum ecclesiae, cum ni  
hil aliud faciant, quā fodere antiquas cisternas hæreticos  
rum dissipatas, vt propheta ait, quæ non valent continere  
aquas: purum cupiunt statum, cum eorum vita nihil sit in  
purius, ingluuie etiam Sardanapalium vincentes, Apitiū et  
Epicurum, Sybaritas effœminatos & Syracusanos. Ac di  
siores in cultu nulla ætas vidit: longissime autem absunt, vt  
quærant apostolicum ordinem quem lacerant, sed suæ fari  
næ patriarcharum ordinem redire cupiunt, Arrij, Vigilans  
tij, Iouiniani, Donati, Nestorij, Aetij, Vualdensem pauperē  
de Lugduno, Pighardi, Vuiclefi, Hussi, & huiusmodi dam  
natæ memoriæ pseudapostolorum. Mirum cum XX. an  
norum meminit, qd̄ nō venerint ei in mētem M. CCCC.  
anni antiquæ nostræ religionis, quæ tot seculis excedunt  
eorum hæresim nuper inter tam paucos annos natam.

22.3

Frustra adfert quomodo populus olim edoctus fuerit  
placare deum, & est ensis Aiakis, q̄ interimit autorē: quon  
iam in toto veteri testamento docetur auerti à vijs suis pes  
simis, & conuerti ad dominum. Ecc̄ 17. Hier. 18. 3. Reg. 8.  
2. Para. 8. Ezech. 18, &c. Et totum euāgelium inuitat ad pœ  
nitentiam agēdam. Ideo ait Christus, facite dignos fructus  
pœnitentiæ. Contra Ludderani solam fidem extollunt, &  
suis dicunt, credite: Christus dixit facite, tantum absunt à  
doctrina Biblica, vix memores pœnitentiæ.

Audite Lutherani, dānat pseudapostolus vester Bucer  
Iudæos, qui gratiam dei arbitrabantur se consequi absq; vl  
la corruptæ ac damnatæ vitæ pœnitentiæ: quid aliud prædi  
cant seductores vestri, sola fides iustificat: solū credite pec  
cata

cata remissa, & oīa peccata sunt vobis remissa, quia solū in-  
credulitas damnat. Itaq; iudicio Bucij vestri estis damnati.

Sed audite blasphemiam Buceri: prophetæ, inquit, cæres-  
monias, vt res deo maxime abominandas & execrādas des-  
testantur, etiā eas quas deus ipse in lege sua commēdauit:  
Citat Esa. 1. vbi respuit sacrificia, sabbata & solennitates lu-  
daicas, tanq̄ abominaciones: intelligentia ergo Bucerana,  
peccassent Iudæi reuersi in Iudæam, & antea, sacrificia offer-  
redo, peccasset Maria in tēplo offerens secundū legē Moyfi  
in die purificationis: mandasset Christus pctm̄ leproso, Va-  
de ostende te sacerdoti, & offer munus tuum quod præces-  
pit Moyses. Ita hallucinantur in re tam aperta doctorelli,  
dum à nemine volunt doceri: præsumentes magnā doctri-  
nam, cum sint parum docti & in Theologia inexercitati: as-  
lioqui per regulā sciuisent: nō oīa reprobata à pphetis re-  
ferēda ad illud tēpus, q̄ scripserunt, sed ad tēpus futuræ Mes-  
się, vt illud Malachia: Nō est mihi volūtas in vobis. &c. qd̄  
non erat verū pro tpe Malachia, sed pro tpe Messia, qñ ab  
ortu solis vsq; ad occasū magnū erat nomē dei in gentibus  
cū cōcordātibus. Doctū itaq; pphetæ verbū de tpe futuro,  
indoctus puerfor Bucius ad p̄sens retulit tēpus. Ite Ludde  
rani & celebrate falsos vestros magistros, expositores, imo  
verius corruptores sacrae literaę, sicut rationē literalē, cur  
institutæ fuerint cæremonię, ignorauit, & deo oblatas nimi-  
um extenuauit: de fiducia opeę in tertia parte tractabim⁹.

Antiquū est verbum, medicina nō debet esse nocentior  
morbo: Bucerus, quia aliqui nimīū tribuant cæremonijs et  
inuocationi sanctorū, prorsus illa reijcit, cū potius deberet  
ostendisse rectum vsum illoę, reiectis abusibus, & lector sci-  
ret eligere bonū & reprobare malū: sic de audiēdis missis,  
precibus monachorum, venerādis reliquijs sanctorum, ac  
exornandis eorum imaginibus & similibus iudicandum,  
si bona intentione, deuoto animo, ad gloriam dei, in quem

B ij fir

Esaie 1  
Blasphes  
mia Buceri.  
Luca 2  
Matth. 8

Malach. 2

Lapsus Bu-  
cer.